



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

30 Fallentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63069)

29. Fallentia.

Vigesimalnono fallit in articulo necessitatis in quo licitum est confiteri laico, ut voluit gloss. quæ ad hoc solet allegari, *in cap. pastoralis. §. præterea de offic. ordi. cui concor, glo. fin. in ca. 2. de pœni. & remis. lib. 6. & in cap. a nobis. in 1. de senten. excom. & in cap. veniens. de transact. & in cap. inferior. 21 distinct. Sicul. in cap. quanto de consuetud. Hosti. de pœni. & remis. §. cui confitendum. 2. col.*

Sed secundum veriores opinionem Scoti Richar. & communiter Theolog. qui non tenentur ad hoc de necessitate, bene tamen esset utile ex materia verecundiæ quæ est una pœna debita pro peccato, & sic bonum esset consilium secundum *Ang. in cap. quem pœnitet. de pœnis distinct. 1.*

Sic in necessitate laicus potest baptizare. *de consecrat. distinct. 4. cap. in necessitate. 30 question. 3. super quibus aliter cessante necessitate peccaret mortaliter argum. cap. 1. de Cle. non ordi. ministran. Immo, in casu necessitatis quilibet tenetur baptizare, alias peccat mortaliter secundum Docto. de quo. in cle. 1. de bap. & ejus effectu.*

30 Fallentia.

Trigesimo fallit in laico quando sibi delegatur causa civilis clerici, quod de jure fieri potest secundum gloss. *in capit. decernimus. de iudi.*

382 DE POTESTATE SÆCUL.

judi. Archi. in cap. clericum cujuslibet. xi. quaestio. prima. Specul. in titul. de delega. §. nunc videndum ver. 11. Domi. in §. verum. 32. distinct. & ibi gloss. in verbo ducibus. Et hoc intelligo fieri posse etiam per episcopum in una causa tantum, nisi partes contradicerent & offerrent clericum idoneum, ut per Archi. in capit. in nova. 16. quaestio. 7. Secus autem si vellet laicum facere delegatum ad universitatem causarum per textum & ibi Bald. in l. parabolani. C. de Episcopis & clericis.

Causam autem criminalem clerici non posset Episcopus Laico committere, sed solus Papa, ut *in allegat. §. verum. glo. in alleg. cap. decernimus 2. quaest. 5. Mennani 63. dist. in ca. in synodo. & cap. Adrianus & 10. quaest. 3. cap. illud.* Sed neque posset Papa omnes causas clericorum uni laico committere, quia ut tenet gloss. *in cap. si Imperator 96. dist.* clerici sunt exempti à laico de jure divino, quod Papa tollere non potest, quod tenet Sicul. *in cap. ecclesia sancta Maria, de constitu.* Adde hinc quæ posui, supra in primæ Regulæ fallentia prima.

31. Fallentia:

- 35 35. Laicus potest esse procurator in causa civili, etiam spirituali, clerici nisi actus spiritualis dependeret à judicio suo, ut voluit Dominicus *in c. 1. de procurat. li. 6.* Non tamen potest laicus esse yconomus, & habere generalem administrationem temporalium Ecclesiæ, 5. *in cap. judicatum 89. dist.* nec potest Episcopus super hoc dispensare, ut tenent Doctores *in cap.*